

# Codice Diplomatico Longobardo I, 102

+ In Dei nomine, regnante domno nostro Aistulfu rege, anno regni eius tertio, per inductione quinta, mense martio; feliciter. Constat me Uuillerad clericum filio quondam Iffuloni uendedisset et uendedi, tradedisset et tradedi tibi Crespino duo petzioli de prato et uno de terra lauoraturia; et uno petziolo de ipso prato est in Commonalia, et illi alio petzolo de ipso prato est in prato Lammari, illi petziolo de ipsa terra lauoraturia uno caput tenet in Grippi et alio caput tenet in prato Sancti Fridiani [uno] lato tenet in terra Deusdedi et alio lato tenet in terra tua Crispini; et est ipse terra inter prato et terra lauoraturia totas insimol ipsi suprascripti petzi tris scaffiliorum quatuor ad iusta pertica mensurata. unde constat me qui supra Uuillerad clericum suscipisset et suscipi ad te Crispino pro ipsa suprascripta terra pretium placitum et in defenitum capitulu auris soledos numero uigenti tantum. et tradedi tibi ipsi suprascripti petzioli de ipso suprascripto prato et terra lauoraturia, ut ab hodierna die in uestra uel de heridibus tuis sit potestatem faciendi et iudicandi exinde quem uolueritis. unde prometto ego Uuillerad clericus una cum meus heridis tibi Crispino uel ad tuis heridis, ut, si contra anc cartula uenditionis me ire temtauero per qualiuet ingenio aut sommisso homine, et te a qualiuet homine minime defensare potuero, qui ipsa suprascripta mea uenditionem tibi intentum ficeret, prometto me Uuillerad clericum una cum meus heridis conponere tibi Crispine uel ad tuis heridis ipsa iam dicta mea uenditionem in duplo, meliorata, sub istimationem qualis tunc fueret. Et Radalpert scriuere rogaui. Actum Luca. Signum + manus Uuillerad clerici uendituri. Signum + manus Forcioni filio quondam Rottari uiri deuoti testis. Signum + manus Sichifred germani ipsius Forcioni uiri deuoti testis. Signum + manus Teutprand filio quondam Lopi uiri deuoti testis. Signum + manus Mauri filio Rotthari uiri deuoti testis. Signum + manus Ratpert filio quondam Tanuald de Murriano uiri deuoti testis.